Werk

Titel: Miscellen

Ort: Hannover

Jahr: 1880

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?345858530_0005|log53

Kontakt/Contact

Digizeitschriften e.V.
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

info@digizeitschriften.de

XVII.

Miscellen.

Aus Handschriften.

Von **E. Dümmler.**

I.

In dem aus Tegernsee stammenden Codex lat. Monac. 19451 entdeckte Herr Professor Steinmeyer Distichen über Reichenauer Reliquien von einer Hand des 11. Jahrhunderts, welche in dem Cataloge nicht erwähnt werden. Sie mögen hier, so wie sie dort auf p. 155—157 zwischen Werken des Arator und Beda stehen, nach seiner gütigst uns überlassenen Abschrift folgen:

Christus te, socio super astra Valente, Senesi,
Congaudere choris fecit apostolicis.
Spemque fidemque inter sancto ut potiamur amore,
Effice cum sanctis, quis sociatus ouas.
Protegit angelicos domini pia dextera ciues,
Quę tenet atque regit cuncta creata, deus.
Spiritus his sanctis iunxit te, sancte Senesi,
Cum quibus ante deum uota precesque iuua.
Hoc altare deo sanctę sub honore Mariae
Presbiter ill optulit et monachus.
Multorum illud opus pariter deuotio iuuit:
In celo merces omnibus una manet.
Saluatoris honor presentem continet aram
Multaque sanctorum pignora consociet.
Hic quicumque preces domino uel munera donet,
Virtutes teneat atque fuget[1]) uitia.
Hic tua sancta manus retinetur, uota petentum
Ut sacra supplicibus regna poli tribuas.
Clauiger hanc Petrus doctor hanc Paulus et aram
Exornant meritis, glorificant precibus.
Hoc altare tenent sanctus baptista Iohannes,
Atque Sebastianus martyr adest precibus.
Virgo dei genitrix sanctum generosa Valentem
Hic sibi consociat, hic locus est veniae.

1) 'fugiet' Hs.

Munera[1]) tanta habeas domino prestante salutis,
Flumina quot guttas quotque ferunt fluuiae (so).

Offenbar sind diese Verse Inschriften für Altäre, von denen einer oder mehrere die am 9. April 830 durch den Bischof Ratold von Verona nach Reichenau übertragenen Reliquien der h. Valens und Senesius enthielten (vgl. Mittheil. der Züricher ant. Gesellsch. XII, 254). Dass der erstere schon im 9. Jahrh. für den h. Marcus gehalten wurde, beweist ein aus Reichenau stammender Hymnus auf ihn, der dieser Zeit angehört (Ozanam, Documents inédits p. 245).

II.

Von dem letzten Blatte (f. 139) der Handschrift der Pariser Bibliothek 13174 (S. Germani Prat. 669, früher S. Petri Corbeiensis) schrieb Bethmann die nachfolgende, von einer Hand des beginnenden eilften Jahrhunderts eingetragene Grabschrift ab:

Abbas Ratoldus iacet hic per saecla dolendus,
Summi vir meriti, fons quoque consilii;
Largus phylosophus, nulli pietate secundus[2]),
Tutor Corbeiae, necne salus patriae.
Idibus hunc distri (so), novit quae parcere nulli[3]),
Heu fera mors rapuit, Gallia quem doluit.
Pro quo quot fantes, tot sunt iugiter rogitantes,
Conditor ut caeli propitietur ei.

Gemeint ist hiemit der Abt Ratold von Corbie, der zuerst im Mai 962 erwähnt, 986 starb (Gall. christ. X, 1272). Delisle (Le cabinet des mss. II, 120) berichtet, dass in dem Calendarium des Pariser Codex 12052 f. 36 unter dem 15. März sich folgender Eintrag findet (vgl. auch oben S. 255):

'Abbatis domni stat mentio sancta Ratoldi,
Istum qui fecit scribere quippe librum'.

III.

Die Bibliothek des Escorial besitzt unter Q. II. 15 eine Handschrift des 10. Jahrhunderts, welche einen anonymen Commentar zum Donatus enthält. Ihren italienischen Ursprung verräth folgende Notiz (von F. Colon) auf der letzten Seite: 'Este libro costo en Pavia 44 quatrines a. 6. de março de 1521 y el ducado de oro vale 440 quatrines'. Auf der Rückseite des letzten Blattes (f. 120v.) hat eine Hand des 11. Jahrhunderts ein merkwürdiges Gedicht eingeschrieben, dessen Abschrift Herrn Dr. P. Ewald verdankt wird. Die Anrufung des h. Columba zeigt, dass dasselbe in Bobbio entstanden ist, auch besitzen wir von dort ein Seitenstück dazu, welches A. Mai (Classicor. auctor. V, 458) aus einer Vaticanischen Handschrift s. X herausgegeben hat. Beide Gedichte haben die Form eines Zwiegespräches und bestehen aus reciproken Distichen, einzelne

1) v. 25—26 sind von etwas zierlicherer Hand geschrieben. 2) Vgl. Riese, Anthol. lat. 1, IV, 2. 3) Riese 683 v. 1.

Ausdrücke wiederholen sich, wie gleich der Anfang: 'Nocte dieque gemo quia', ferner v. 27: 'Ne uacuus redeas' und andre Wendungen erinnern an einander, so dass für beide der nämliche Verfasser sehr wahrscheinlich wird. In dem unsrigen ersucht ein wegen eines Fehls strafbarer Mönch den heil. Columba selbst bei dem Abte Petrus für ihn Fürbitte einzulegen: in der ersten Hälfte spricht daher der Mönch mit dem Heiligen in der zweiten dieser mit dem Abte, dem Oheime desselben, den er durch die Erinnerung an seine einstige Sorge um den erkrankten Neffen zu erweichen weiss, so dass ihm für diesmal noch die verdiente Strafe erlassen wird. Der in v. 1 und 17 erwähnte Herr ist nicht Gott, sondern der Abt. Die Randglossen rühren von dem Schreiber des Gedichtes her.

'Nocte dieque gemo, dominum quia sentio tristem,
Et quia hunc timeo, nocte dieque gemo.
Sancte Columba, rogo, famulum nunc respice moestum,
Lumina pande pius, sancte Columba, rogo'.
S. Columba 'Quid faciam toties tibi, quod te cerno subactum?
Tu solito peccas, quid faciam toties'?
'Omne genus hominum, fragili quod carne tenetur,
Labitur ad facinus omne genus hominum.
Surgere nonque ualet, domini nisi dextra leuarit,
Crimine prostratus surgere nonque ualet'.
S. Col. 'Iam requiesce, miser, tales proferre[1]) loquelas,
Desine tanta loqui, iam requiesce, miser.
Si metuis tantum, cur crimina tanta relaxas?
Desine peccare, si metuis tantum'.
C.G. 'Iam faciam penitens, tua dicta per omnia complens,
Sancte Columba pater, iam faciam penitens.
Nunc miserere, precor, dominum quoque redde serenum,
Ut solitus fueras, nunc miserere, precor'.
S. C. 'Quod rogitas, faciam, Petrumque meum ipse reuisam,
Quod dicam faciet, quod rogitas faciam.
Si pro me faciet, faciam quod ipse precatur,
Cernere nam poteris, si pro me faciet.
Ista rogabo quidem tibimet nam rite, Maforte[2]),
Insuper ut donet ista rogabo quidem.
Reddere sat potero quondam sibi me[3]) meliorem,
Quod pro me faciet reddere sat potero.
Ne uacuus redeas uolo, quod mea claustra petisti,
Protinus adquiram, ne uacuus redeas.
Perge pedeptentim, nulloque timore tabescas,
Ad patrem proprium perge pedeptentim.
En ego paraclitus tuus alloquar, ipse fauebit;
Promptus adesto locis, en ego paraclitus'.

1) 'perferre' Hs. 2) 'rite maforte' deutlich in der Hs. 3) 'mei' Hs.

S. A. P.[1]) 'Petre, meus famulus teneris dilectus ab annis,
Quod uolo nunc facito, Petre, meus famulus'.
'Quid aliud facerem, nisi quod tu iusseris, abba,
Quodque uelis faciam, quid aliud facerem'.
'Multocies lacrimis fueras pollutus ad aram
Fundens rite preces multocies lacrimis.
Quam iugiter teneo talibus compellere uerbis,
Oscula dans terrę, quam iugiter teneo:
Sancte Columba[2]), precor, tribuas pietate nepotem,
Quem mea cura cupit, sancte Columba, rogo.
Augeat ut gregem solitum tibi reddere laudes,
Seruiet hic domino, augeat ut gregem.
Gaudia nam michimet, tibimet quoque seruiet ultro,
Proferet assidue gaudia nam mihimet[3]).
Has miserans uoces prostratus in ora parentis
Quesiui puerum has miserans uoces.
Inuida quem uoluit mortis fortuna dolore[4])
Tollere de terris inuida quem uoluit.
Ni pietas domini precibus quoque adforet huius,
Mortuus esset enim, ni pietas domini.
Hunc igitur tociens ęreptum fauce Lachesis
Tristificas puerum hunc igitur tociens.
Nam macer est multo confectus uerbere uestro,
Ut uidi, ut sapui, nam nimium macer est[5]).
Unde precor nimium, quo te nunc senciat album,
Parcito quę fecit, unde precor nimium'.
'Taliter haud uolui, miror magis ista rogare,
Verbere castigem: taliter haud uolui.
Ista tamen tibimet dedam, si plura patrabit,
Amplius haud parcam ista tamen tibimet'.
'Reddimus ergo tibi grates nunc syrmate casto
Mercedesque simul reddimus ergo tibi'.
'Custodiam puerum tibimet seruire iubebo,
Crescere quem uolui custodiam puerum'.

IV.

Durch die Güte des Herrn Bibliotheksecretärs Dr. Wilhelm Meyer wurde ich auf die Münchener Handschrift 14436 (Em. E. 59) aufmerksam gemacht, in welcher hinter Excerpten aus dem zweiten Buche von Plinius hist. naturalis auf f. 61 v. von einer Hand etwa des 11. Jahrhunderts folgendes merkwürdige Bücherverzeichnis sich findet:

'II. Commenta super ysagogas. Commentum super categorias I. Periermenias Boetii et duo desuper commenta. Periermenias[6]) Apulegii. Topica Ciceronis quę

1) Sanctus abbati Petro? 2) Der Heilige wiederholt hier die Worte des Abtes aus früherer Zeit. 3) hier 'mihimet' Hs. 4) 'dolose'? 5) 'est' fehlt in der Hs. 6) 'Perriermenias' Hs.

Boetius commentatus est. Libros[1]) differentiarum IIII. Diffinitionum libros. Boetium de arithmetica. Somnium Scipionis cum commento Macrobii. Yginum de astrologia. Diuisiones dialectice cum VII sillogismis. Rethoricam Ciceronis. Ad Erennium iterum eiusdem. Quintillianum de rethorica. De amicitia Ciceronis librum. De senectute Ciceronis. Salustium. Ciceronem de inuectiuis Catalline. Commentum secundum super Platonem. Phylippicarum libros. Frontinianum de iuncturis et compaginibus membrorum. Dionisium Ariopagitam de celesti hierarchia. Oratii librum. Commentum Donati super Virgilium. Commentum Eugraphii super Terentium. Vitruuium de architecturis. Analitica super cathegorias Aristotelis. Musicam Boetii. Solinum. Cathegorias Aristotelis. Commentum Remigii super Iuuen̄[2]). Plinium de naturis rerum. Plinium epistolarum. Librum Ciceronis de officiis. Librum de Tusculanis. Libros Titi Libii ab urbe condita C decades'.

Dass die Handschrift selbst ursprünglich aus dem Kloster St. Emmeram stammt, kann keinem Zweifel unterliegen, zumal da sie am Schlusse eine metrische, bisher unbekannte Bearbeitung des Lebens dieses Heiligen enthält. Diese, die manche Correcturen und Nachträge aufweist, beginnt f. 118 v.:

'(A)ltrix sanctorum profudit Aquitania
sanctitate laudabilem Emmerammum pontificem',

und schliesst f. 119 r.: 'Tunc omnes mente pauida quesivere latibula,
sparsusque grex in medio patrem liquid periculo'.

Dennoch scheint bei näherer Betrachtung jener Catalog kaum St. Emmeram anzugehören, weil er in seinem Inhalte mit den uns bekannten Bücherschätzen dieses Klosters sehr wenig Verwandtschaft verräth (s. namentlich SS. XVII, 567 n. 1). Viel eher möchte man geneigt sein, worauf Herr Dr. Meyer mich aufmerksam gemacht hat, an die durch ihre Classiker berühmten Bamberger Bibliotheken, sei es des Domes, sei es des Klosters Michelsberg, zu denken. Die von diesen aus älterer Zeit veröffentlichten Cataloge (s. Giesebrecht, Deutsche Kaiserzeit I, 850; Schannat, Vindemiae liter. I, 50—53; Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit XXIV, 185) zeigen auch in der That viele mit dem unsrigen übereinstimmende Namen, welche diese Vermutung bekräftigen. Eigentümlich ist demselben der sonst meines Wissens nicht vorkommende Name eines medicinischen Schriftstellers Frontinianus.

V.

In dem Cod. lat. Monac. 14516 (Em. F. XIX) s. XI, der

1) 'Librum' verb. in 'Libros' Hs. 2) 'Iuuencum?'

zwar früher dem Kloster St. Emmeram angehört hat, aber nicht dort, sondern in Italien geschrieben zu sein scheint[1]), stehen auf f. 49 ausser einigen andern kleinen Gedichten Verse zur Verherrlichung eines Abtes Petrus, der jedenfalls wohl jenseit der Alpen zu suchen ist.

Naufragus ut medio qui gurgite forte laborat,
Mercibus amissis prendere litus amat:
Sic huius metam lector tetigisse libelli
Gratatur, tamquam magno sit pondere liber.

Omnia quę sensu uoluuntur uota diurno
Pectore sopito reddit amica quies.

Quod tibi nunc mando firmum uideatur amando,
Non equidem nuto, set te cum corde saluto,
Duplex non simplex, nec duplex utique simplex
Tota mente fidem tibimet seruabo perennem,
Si mittis librum, pro quo rogo mitis amicum.

Omnipotens genitor lucem mihi confer opimam,
Stilpontis clari ualeam quo promere Petri
Dulcia fulgentis abbatis munere Christi,
Monachicam uitam qui ducit semper amicam.
Micior in mundo nunc alter non manet illo,
Angelicus uultu necnon benedictus in actu,
Moribus ornatus, generoso stemate natus,
Artibus imbutus, cęli uel dogmate tutus.
Et sibi subiectos corroborat inclitus omnes
Conubiis diuę possit quibus ille sophię.
Dapsilior cunctis nutrit quos nunc quoque tellus
Extorres cleros, sibi quos Alemannia misit,
Vestibus et uictu sustentat scilicet omnes,
Unde deum quęso capiat quo praemia celo.

VI.

In der That in St. Emmeram entstanden ist der Cod. lat. Monac. 14366 s. XI, der den Commentar Gregors des Gr. in Ezechielem enthält. Der Schreiber gibt sich auf der letzten Seite (f. 237 v.) kund:

O sacer Heimramme presul martyrque beate,
Hunc tibi collatum dignanter suscipe librum,
Quem tibi do monachus uere tuus Hagano seruus
Suppliciterque precor, clemens assis mihi fautor,
Ut mihi propicium crebra facias prece Christum,
Quatinus in fine referat me pagina uitę.

1) Vgl. meinen Anselm der Peripatetiker S. 74.

Tuque memento mei, dilecte deo Dionisi,
Et mihi diuinum, queso te, posce respectum,
Eius ut auxilio sim tutus ab hoste maligno.
Presul Wolfkange, per cuncta mei memorare,
Ut studeas domino me commendare benigno,
Quo miserendo mei dimittat quę malefeci.

Darunter von anderer Hand:

Hemrammo librum si quis ui subtrahat istum,
Iuditium domini sibimet sciat esse timori.
Quisquis percipiat quod non bene postea reddat,
Hic capiat munus quod semper sit luiturus.

VII.

Der im 11. Jahrh. geschriebene Codex der St. Galler Stiftsbibliothek 817, beschrieben von Scherrer (Verzeichnis u. s. w. S. 275) enthält auf f. 4—5 ein im Anschlusse an Martianus Capella verfasstes Lehrgedicht über die 7 freien Künste, welches ohne Zweifel von einem Mitgliede jenes Klosters herrührt, in dessen Bibliothek es sich erhalten hat.

INCIPIUNT UERSICULI DE SEPTEM LIBERALIBUS[1]) ARTIBUS.

Cogor amore tuo iuuenilem tollere clauam,
O puer, illustris indolis arte tua.
Quamuis effetę rugoso corpore uires[2])
Signa negent uetulę sanguinis ulla cuti,
Non tamen, ut possum, grauia Herculis arma recuso[3])
Ipsa, licet rigida mente Dares uigeat.
Nam tibi promittit certamina mobilis aetas,
Creber enim polles[4]) artibus ecce nouis.
Et melior uires sanguis dat uoce ualenti,
Dum inpubes malę crine nitent uacuę.
Bos etiam lassus uestigia figere firma
Haud nescit terrę mole sua stabilis.
Ferre iugum mecum cupio te, dulcis amice,
Haec lege, ut discas plaustra tenere tua.
Ne te suspendam tediosi syrmatę plectri,
Incipiam hinc aliquid utile ferre tibi.
Fabulę Felicis conponunt fictę Capellae
Musas ter trinas Maiugenę comites.
Quę dentur pariter ducendę Phylologię
Sub dotis specię artis honore datę.
Has exquire libens noctesque diesque per omnes.
GRAMMA- Inter quas prima femina lucet anus,
TICA Componens pueris labrorum septa decenter,

1) 'libralibus' Hs. 2) Vgl. Verg. Aen. V, 396 'frigentque effetae in corpore uires'. 3) Aen.V, 410 'Herculis arma', 417 'arma recusat'. 4) 'pollens' verb. in 'polles' Hs.

Purgat et arterias, lingua politur eis.
Adhibet et scalprum, quo purgat accumine dentes[1]),
Ut possint miris uerba sonare modis.
DIA- Procedit dotanda dehinc Dialectica callens:
LECTICA Naturę[2]) clausum ipsa[3]) requirit opus.
Ter quinis redimita comis refugisque capillis
Mensurę aequalis compserat atque caput.
Haec periermeniis florens[4]) topycisque figuris
Iungit tunc usię uerba locuta nouem.
Argutę mentis studio rationis amatrix
Proposuit, sumpsit, clausit ubique bene.
Peruigil excubiis nimio pallore nitebat,
Nescit enim somno se dare fessa suo[5]).
Quisquis de dextra presumpsit sumere florem,
Intendens ydros palma sinistra duos[6]).
RETHO- Presiluit Gretiae Facundia tertia linguę,
RICA Cui regale caput tegmina tuta uehens
Fulminis in morem fulgenti cingitur ense,
Quo se communit, ora inimica premit[7]).
Illius in bombo cęlum tellusque resultans
Concilium iuuenum conuocat atque senum.
Officii partes disponit tramite recto,
Eloquitur uera, falsa repellit item.
Ius ciuile, forum, curules ipsa pernorat[8]),
Diligit hanc regum optima cura sagax.
Hanc Athlanciades proprio coniunxit amori,
Quę sibi collata munere dotis erat.
GEO- His super adueniens Geometrica uirgo perita,
METRICA Connumerat loca aetheris atque soli.
Haec iacet et radium metita uolubile cęlum
Septenasque faces per duodena loca.
Terra globosa suis cum partibus undique uersa
Mensuram patitur arte regente uiam.
Astrorum occasus ortusque reuehat[9]) in ęquos
Quos sol aestate uisitat aut hieme.
Hanc lucem obliquam diffundit zona recurua:
Pisces finis[10]) erunt, principium aries habet.
Gnomina diuersi figit pro climate mundi:
Non poterit simile gnomen ubique fore.

1) Vgl. Martiani Capellae l. III, p. 55 ed. Eyssenhardt: ex eodem scalprum primo uibranti demonstrat acumine, quo dicebat circumcidi infantibus uitia posse linguarum arterias etiam pectusque cuiusdam medicaminis adhibitione purgabat. 2) Das N undeutlich. 3) 'ips' Hs. 4) 'florans' Hs. 5) 'sua' in 'suo' verb. Hs. 6) Vgl. Martian. Capell. l. IIII, p. 99. 7) Vgl. Martian. Cap. l. V, p. 138: 'cui galeatus uertex ac reguli caput maiestate sertatum, arma in manibus quibus se uel communire solita uel aduersarios uulnerare' etc. 8) 'perornet' Hs. 9) Ob 'revelat'? 10) 'fines' Hs.

Illic spera manu trinarum machina rerum
Insignibat eam, compsit et auxit opus.
Haec soror Uranię officii consortis amatrix:
Illa notat signa, haec omne tenet[1]) spacium.

ARIT- Accessit memori sensu iam prima Mathesis,
METICA Quę numerum in digitos transtulit alma suos.
Celsior ipsius uultus fulgore refulgens
Subtili spetię ueste obiuit[2]) eam.
Inparibus paribusque modis complexa figuris
Quantum monas[3]) erit, fons et origo breuis.
Hinc planę formę uel linea longa iacebat,
Additur et numerus crassus ad alta uolans.
Inde cubus[4]) cribrum[5]) seu forma triangula surgit,
Quas uariat sollers, uertice fulget apex[6]).

ASTRO- Prosilit in medium uibrato lumine uirgo,
NOMIA Cuius sydereus uertice fulget apex.
Crines igniti decorabant tempus utrumque,
Qui mare, qui terras ęthera luce replet.
Lumina bisseni demonstrans ordinis in se,
Prima fronte nitet frigida stella senis.
Quę cęli centrum paulatim circuit altum,
Ter denis annis mobile complet iter.
Hic Iouis et Solis feruor, Venus aurea lucet,
Mars cum Mercurio infima Luna migrat.
Dissimili cursu duodenę astra coronę
Sed notho penetrant luce secante uiam.
Vertex qui nobis semper sublimis habetur,
Frigore crudeles contrahit ille Scithas.
Ast alius nostris subductus uultibus axis —
Canopum Memphis nominat atque colit —
Qua calor est nimius, nam hęc pars uergit ad astrum,
Quam sol incendit flammeus igne suo.
Phosphoreum iugum designat Urania prudens
Vesper ut interdum lumina sera dabit.

MUSICA Ultima Melpomene[7]) chelos tangendo iocatur,
Non simplex etenim melos ei cecinit.
Musica nam constat triplicis moderamine legis,
Percussu, flatu, uoce sonora boat.
Aethera permulcet cantu, terras, mare, siluas,
Quicquid et his uiuit carmina pulchra colit.
Ipsa tonos iunxit, quindenos chromate[8]) ponens,
Quos[9]) quis scire uelit, nomina prosa dabit.

---

1) 'sp. tenet' Hs. 2) 'obibit' Hs. 3) 'monos' Hs. (vgl. Martian. Cap. l. VII, p. 257). 4) 'cibus' Hs. 5) 'cribum' Hs. 6) Vgl. v. 78. 7) 'meldepome' Hs. 8) 'chromata' Hs. 9) 'Qui' Hs.

VIII.

Die aus dem Kloster Tegernsee stammende Münchener Hs. 18628 s. XI, welche ich bereits früher beschrieben habe (N. A. IV, 278), enthält unter manchen andern poetischen Werken auch f. 4—10 eine bisher unbekannte Passio der Apostel Petrus und Paulus, die einem Papste Leo gewidmet ist. Am nächsten liegt es ohne Zweifel hierbei an Leo IX. (1048—1054) zu denken, und wenigstens enthält die Zueignung nichts, was dieser Annahme widerspräche[1]). Für diesen Zeitpunct spricht vielmehr der Schluss des Gedichtes, eine Verherrlichung Roms, welche in der That etwas an die ungefähr der nämlichen Periode angehörigen Verse des Amatus erinnert (s. N. A. IV, 182). Ich lasse demnach Anfang und Ende unserer Dichtung, jenen nach einer Abschrift Wattenbachs, hier folgen. Da der Tegernseer Codex einige Lücken zeigte, so war es von grossem Werthe, dass dieselbe Passio S. Petri sich in der zu Benedictbeuern von einem Mönche Adalbert um 1065 geschriebenen Münchener Hs. 4503 f. 159 v.—160 v. vorfand (Catal. codd. lat. Monac. I, 1, 169), und dass Herr Dr. W. Meyer die Güte hatte, die beiden hier mitzutheilenden Stücke mit demselben zu vergleichen.

ALLOCUTIO SIUE PROHEMIUM AD LEONEM PAPAM URBIS ROMAE.

Praesul amande Leo, hic ualeas per secula multa,
Post hęc det tibimet regna beata deus.
Inter mundanas furias gladiosque minaces,
Quis Romana tremit concutiturque quies,
Musica forte silet męstis contraria semper:
Frigida sic calidis dissociata manent.
Nunc cum tristis hiemps abiit direque procellae[2]),
Iam resonent lyrici dulcisonique pedes.
Sat grata est requies post duros sepe labores[3]):
Quam sit amanda salus, febris amara docet.
Dauid eximius regum per secla canendus
Proelia[4]) multiplici prȩcinit acta modo.
Haec mentem mouere meum nunc tangere plectrum,
Ut spiret dulcem fistula pauca sonum.
Contempnenda foret, caneret ni grandia[5]) certe,
Aurum sed fuluum capsa nigella tegit.
Per se nam stridet, Petri sed nomine gaudet:
Missus mittentis sepe in honore nitet.

---

1) Es möge hier an die musikalischen Neigungen Leos IX. erinnert werden, s. N. A. I, 778. 2) Von dieser Zeile ist in T durch Abschneiden des unteren Randes von f. 4 nur N stehen geblieben. 3) In T sind durch Verletzung der Oberhaut die Silben est, re, es, po, ros ausgefallen. 4) 'Prodia' B. 5) 'ni gradia' TB.

Nec ridenda canit tanquam sine teste laborans
Discipulusque Petri hęc Egesippus ait[1]).
Hic uoluit sanctus, ualuit nec fingere falsa,
Ex uero uera hęc fonte fluenta bibi.
Quę metro uoluit nostra inmutare Camena,
Ut sudet Petro pinnula nostra sacro.
Haec uestrum spectant examen qualiacumque
Quę digesta patent, papa beate Leo.
Littera nam rutilet quamquam splendente metallo,
Ni uobis placeat, nobilis esse nequit.

FINIT PROLOGUS SIUE PROHEMIUM.
INCIPIT TEXTUS APOSTOLICAE PASSIONIS.

Clauiger aeternę paradisi et ianitor aulae,
Cędere cui iussu claustra tremenda solent etc.

. . . . . .

His firmis, o Roma, nitens geminisque columnis,
His retinens Petrum, Paulus et inde iacet.
Hinc oriens Petrum pulchro cum lumine cernit,
Occidua et Paulum pars tenet atque fouet.
Hae gemine partes populos ad limina mittunt,
Quorum gaudebas lęta cruore sacro.
Ornabare prius multo cum sanguine saeua,
Ornaris mitis cum pietate modo.
Oppugnata olim multis seuisque tyrannis,
Supplex te quisquam rex petit, audit, amat.
Hoc meruere duces, quorum tu munere tanto
Nunc uernas, flores, affluis atque cluis[2]).
Gallus, Auar, Partus, Syrus, Getulus et Indus,
Quos tremuere tui, dant tibi colla manus.
Gesta[3]) tyrannorum, bellum ciuile uel hostis
Nam saeuire nequit, te reprimente, deus!
Inuidia absistit, sancta et deuotio flagrat,
Querere te, Petre, undique terra sitit.
Te fletu lacrimisque[4]) rogant singultibus atque
Culparum nexus soluere ut ipse uelis.
Te quoque, Paule, adeunt aequa cum mente petentes,
Ut Petro precibus consociare piis.

HACTENUS PASSIO APOSTOLORUM, ABHINC FACTA NERONIA CANENTUR[5]).

Exitium postquam lętus Nero forte peregit etc.

1) In T geht auf f. 1—3 v. voraus: 'Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli ex libro III Egesippi eorundem apostolorum discipuli ad fidem feliciter incipit. Demens Nero—gladio necati sunt'. 2) 'cliuis' B. 3) 'Festa' B. 4) 'fletu lacriminisque' B. 5) In T geht auf f. 3 v bis 4 voraus: 'Idem Egesippus de morte Neronis in libro IIII° it dicit' etc.

IX.

In der aus dem Kloster St. Germain-des-Prés stammenden Hs. der Pariser Nationalbibliothek 12277, beschrieben von Delisle (Inventaire des mss. de St. Germain, Bibl. de l'école des chartes, série 6 t. 3), finden sich auf dem letzten Blatte (f. 172), wohl noch von einer Hand des 11. Jahrhunderts, schmeichelnde Verse eines sonst unbekannten Teulfus brittischer Abkunft an verschiedene Mönche und Schüler des Klosters St. Maur-des-Fossés gerichtet, die als ein Zeugnis der gelehrten Studien jener Zeit hier vielleicht einen Platz verdienen. Sie wurden für mich von Hr. Molinier abgeschrieben und von Hr. Dr. Heller nochmals verglichen, doch blieben leider einige Zeilen lückenhaft, die sich gerade auf die Person des Dichters beziehen.

Hunc efferte stilo celebri uersuque polito
Istius in laudes totas expendite uires:
Deprecor ut uersum componat quęque uel unum.
THALIA Tinnula uox illi resonans modulamine dulci.
CLIO Organa ruscinii precellit uox Godefridi.
ERATHO Cantat olor rauce[1]) Godefridi uoce sonante.
TERPSICHORE Raucior est uoce Godefridi uox Philomele.
POLYHYMNIA Orpheus hunc genuit, quod uox Orpheia prodit.
CALLIOPE Hic non est forme deformis, sed spetiosę.
MELPOMENE Iste parentelę spectabilis[2]) et generosę.
URANIA Nunquam reddit eum generosa propago superbum.
Nos octo Musę tecum[3]), Godefride, locutę
Reddimus ingentes, adolescens optime, grates,
Quod socium nostrum dignaris amare Teulfum.
Quę nunc octo[4]) sumus sepe nouem fuimus,
Sed nonam penitus nequiuit reperire Teulfus[5]),
Quamuis per scriptas[6]), per uicos perque plateas,
Quamuis per campos, per colles atque per agros
Ac totum per a. d. a. m.[7]) querens quęsiuerit ipsam.
O quibus et quantis te nonę lingua sororis[8])
Laudibus efferret, si presens ipsa fuisset.
Omnicreator herus uera de uirgine natus
Dentibus et capiti iuuenis medeatur amandi.

HAIMERICO Est Haimericus noster nisi fallor amicus,
Cuius amicitię sunt michi perplacitę.
Qui[9]) nescis disce, cur illum cogor amare:
Est Haimericus compatriota meus.

1) 'rade' corr. in 'rauce' Hs. 2) 'spectalis' verb. in 'spectabilis' Hs. 3) 'tecum' übergeschrieben 'de te' Hs. 4) 'octo' übergeschr. 'muse' Hs. 5) a. R. 'Teulfus non poterat reperire Euterpe' von ders. Hand doch wieder ausgelöscht. 6) 'scriptas' auf Rasur, vielleicht 'criptas'. 7) 'a. d. a. m.' Hs. 8) 'sororis' überg. 'euterpe' Hs. 9) 'Quomodo' mit andrer Dinte in 'Qui' verb. Hs.

Non ergo mirum, si diligo Britto Britannum,
Patrem scito meum Brittone patre satum.
Brittones extollo, natus de Brittone Britto,
Ut consanguineos diligo semper eos.

TE- Comptum cigneo caput est candore Tebaldo,
BALDO Guilfredus senior candidus est ut olor.
Hugo meus recipe quod in aure susurro tuapte:
Quę tibi clementer deus infert, fer patienter.
Sit deus Arnulfo tutor pius atque Roberto,
Ut fortes facti confringant mente uirili
Illecebrosorum pedicas desideriorum [1]).
Felix est et erit, qui deuitare ualebit
Hostis tendiculas feralis perniciosas.
Cur homines tecum detrudere queris in orcum,
O truculente draco, trux lupe, seue leo?
Exortes uitę quos illicis efficis esse,
Consortes penę quos illicis efficis esse.
Quod dixi repeto, culpę nichil in repetendo:
Sit deus Arnulfo tutor pius atque Roberto,
Ut fortes facti mundi moriantur amori.

ODONI Cum iam plus puero uideatur iunior Odo,
In numero iuuenum numerabitur an puerorum?
Non est, ut credo, pueris impubibus Odo
Intermiscendus [2]), cum sit iam puber homullus.
Quamquam cum pueris iamiam non annumereris,
Non tamen in numero iuuenum numeraberis, Odo,
Quid facies ergo discretus ab omnibus, Odo?
Equum credo fore, ponaris ut inter utrosque.
Iamiam non puer es, quia uoce cares puerili [3]),
Sed necdum iuuenis, quia uoce cares iuuenili.
Tempore iam nullo rediet tibi uox puerilis,
Tempore post pauco ueniet tibi uox iuuenilis.

Impiger [4]) Ansoldus, alacer psalmista Richardus,
Paruulus Arnulfus, simplexque Radulfus ut agnus,
Corpore crescendo crescant simul in sapiendo,
Ut facti iuuenes fiant simul et sapientes.
O pueri, pueri, iuuenes quandoque [5]) futuri,
Si uos sciretis, quam nobile sit quod habetis,
Quam spetiale decus, que gloria, quis crisoprassus,
Omnimodis ipsum custodiretis in euum.
Omne decus celi debetur uirginitati,

---

1) 'desidoriorum' verb. in 'desider.' Hs. 2) 'Intermiscend'.. oder ‚cent' dahinter ein Riss im Pergamente. 3) 'puerili' auf Rasur. 4) 'Impiger' ist durch eine Initiale hervorgehoben. 5) 'do' in 'quandoque' fehlt durch ein Loch.

Candida uirginitas auro preciosior extas,
Florida uirginitas Phebo speciosior extas:
Tu regem nobis genuisti uirginitatis.
Ut semel emissum uolat inreuocabile uerbum,
Sic semel amissa nunquam reparaberis ultra.
Eheu[1]) post casum nunquam reparabile damnum!
O pueri, pueri, penetrent uos uerba Teulfi,
Auribus excipite sapientis uerba poetę[2]):
'Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu'. Vos testa recens, uos uasa serena,
O nequeat uitium uas incrustare serenum'.
Vos pueros iterum precor atque suadeo: ramum
Y[3]) bifidi leuum uitate, capessite dextrum.

Sicut abortiuum iam nunc in calce Teulfum
Censeo ponendum qualisque sit huic . . . endum.
Tetrior[4]) exstat[5]) enim, quam uerbis edere possim[6]):
Iste[7]) quidem . . . ę[8]) faciei noscitur esse.
It titubans[9]) ut anus, incuruus fit . . . . ut . . . . . [10])
In dorso camuri fert gibbum more cameli.
Ipsius arterie[11]) discordes raucisoneque
Ridiculo ruditu strident quassoque tonitru.
In terram fixos habet idem semper ocellos,
Non per simplicitatem sed per rusticitatem.
Uno quam magnum tractu bibit ille calatum[12]).
Ipsius certe sicut ui . . . . . aperte[13])
Rusticitas omnes transcendit rusticitates.
Pene nichil dixi de rusticitate Teulfi,
Sed nisi deficeret membrana, mihi remaneret:
Cum pergameno iam copia deficit . . .[14]).

O Fossatenses, sint uobis mille salutes:
Hos uobis uersus ego uester mitto Teulfus,
Hos mitto uobis in ueri fedus amoris.

X.

In der aus verschiedenen Fragmenten zusammengebundenen Handschrift der Königin Christine in Rom 596 entdeckte Bethmann am Rande von f. 10′ von einer Hand des 11. Jahrhunderts ein in adonischen Versen verfasstes Gedicht auf den

1) 'Ehu' Hs. 2) 'poetę' übergeschr. 'Oratii' Hs. (vgl. Hor. Epist. I, 2, 69). 3) 'Y' überg. 'gui' Hs. 4) T. . rr.' Hs. 5) Von mir ergänzt. 6) 'posse . .' Hs. 7) 'I. t.' Hs. 8) 'saeuae? hirsutae?' 9) z. th. erloschen. 10) 'incuruis fit ut . . ra' Hs. 'fit uelut' oder 'factus ut arcus'? 11) '. . terie' Hs. 12) '. . . culatu' Hs. (vorher Loch im Pergamente) 'ille calatum'? 13) 'uisamur aper . . v . . .' Hs. 'uisatur'? 14) 'ENIU' Hs.

Tod des Abtes Reinald von Fleury bezüglich (Arch. XII, 296), das hier nach einer Abschrift des Herrn Dr. Mau folgen mag. In der Handschrift stehen die 84 Verse unter einander, doch scheint es, dass immer je 6 eine durch grössere Anfangsbuchstaben hervorgehobene Strophe bilden sollen. Den Abt Reinald von Fleury vermag ich nicht nachzuweisen, da wir nur einen im Jahre 1060 verstorbenen Rainerius kennen (Gallia christ. VIII, 1541). Unsere Verse gehörten, wie der Schluss ganz deutlich zeigt, zu einer Todtenrolle: es ist die Antwort eines andern Klosters auf die Meldung von dem Tode Reinalds nebst Einsendung der eigenen Liste an die Floriacenses. Nicht diesem sondern dem fremden Kloster gehört deshalb der Verfasser an, s. Wattenbach's Schriftwesen S. 137. Vielfache Proben der bei solchem Anlasse nicht ungewönlichen poetischen Ergüsse hat bereits Delisle veröffentlicht (Rouleaux des morts, Paris 1866), darunter auch (p. 24) zufällig einen aus S. Remi in Reims, in welchem dasselbe Versmass, wie in dem nachstehenden Gedichte angewendet ist.

Floriacensis
contio, mestis
pro Rainaldi
funere patris —
fulgida summi
gaudia regni —
Desine questus
flere diurnos,
grex pie: cunctos
ordine mixto
implicat atrox
ista uorago.
Pro dolor, aetas
occidit omnis
cuspide mortis
et gemit tota
tempore longo
nostra propago.
Quid Rainaldum
laude celebrem
flesse iuuabit?
aurit amicas
aure querelas
nex inimica.
Quid reliquum fit?

parcere spernit
perfida Erinis,
posthabitisque
questibus ipsis
instat et ardet
Tollere cunctos
et furioso
iungere regno,
nec satiatur
seua uorago
funere tanto.
Quare age, sumptum
comprime luctum,
cernua colla
flecte superno
mente benigna
imperatori.
Qui cruce soluit
uincula mortis,
pastor ut almus,
iam mereatur
scandere celsa
regna polorum.
Utque supernis
uiuat in astris,

27) 'perfida cuius' Hs. 'erinis (Erinnys' vermutet Wattenbach). 44) 'uinclula' Hs.

nos quoque uestri
compatiendo
dona salutis
poscimus ipsi.
Pectore toto
sacrificamus
munera Christo,
nunc requiescat
pace beata
uester ut abba.
Insuper omnes
quos obiisse
pragmate fusco
sceda notauit,
consotientur
cetibus almis.
Reddite functis,
soluite uiuis
debita nostris:
talia nobis
poscimus omnes
munia pendi.
Sic requiescent
funere tacti,
deque piaclis
prodiat almo
auspice Christo
cessio nobis.
Nomina quorum
subtitulamus
hic seriatim,
uosque ualere
uoce precamur
continuata.

51) Es liegt nahe, 'uobis' für 'uestri' zu setzen; aber da ein solches Versehen des Schreibers unwahrscheinlich ist, dürfte eher ein grammatischer Fehler des Dichters anzunehmen sein.

Englische Handschriften.

Von **R. Pauli** und **F. Liebermann.**

1 (P.). Ms. Cotton. Tiberius V. pars I.

gehört zu den herrlichsten Hinterlassenschaften angelsächsischer Literatur und ist auch für historische Zwecke noch nicht hinreichend ausgebeutet. In gross Quart ist der Codex von mehreren Händen an der Grenze des 10. und 11. Jahrhunderts geschrieben, was namentlich durch die Ausgänge der zahlreichen Cataloge, die er enthält, bestätigt wird. Aus ihm hat Stubbs, Memorials of Saint Dunstan p. 391, das römische Itinerar des Erzbischof Sigeric von Canterbury vom Jahre 990, das wohl auch in den Monumenten SS. XIV eine Stelle finden wird, und ein anderes Stück (s. u.) abgedruckt. Späterhin hat der Band der von Wilhelm dem Eroberer gestifteten Battleabbey gehört. Auf dem Endblatt fol. 88 schreibt eine Hand des saec. XII: Haec est annotatio ecclesiarum dotalium ecclesie de Bello a Waltero abbate facta primo anno regni regis Henrici junioris (1170).

Hier nur einiges aus den merkwürdigen Catalogen.

fol. 19′. Incipiunt nomina pontificum Romane urbis per ordinem.

Die Namen sind in Columnen unter einander geschrieben, die römischen Ziffern roth, über manchen Namen der Kalendertag ebenfalls roth. Der Catalog, nur in Reihen und die Daten in Klammern, lautet vollständig:

1. Petrus apostolus (3. Kal. Iulii). 2. Linus (6. Kal. Decemb.). 3. Cletus (6. Kal. Mai). 4. Clemens (9. Kal. Oct.). 5. Euaristus. 6. Alexander (5. Non. Mai). 7. Syxtus (8. Id. April). 8. Telasphorus (Non. Ian.). 9. Yginus. 10. Pius. 11. Anicetus. 12. Soter. 13. Eleutherius. 14. Victor (12. Kal. Mai). 15. Zepherinus (7. Kal. Sept.). 16. Calestus (2. Id. Oct.). 17. Urbanus (8. Kal. Iun.). 18. Pontianus (12. Kal. Decemb.). 19. Antherus (3. Non. Ian.). 20. Fabianus (13. Kal. Sept.). 21. Cornelius (18.

Kal. Oct.). 22. Lucius (3. Non. Mart). 23. Stephanus (3. Non. Aug.). 24. Sixtus (8. Id. Aug.). 25. Dionisius (7. Kal. Ian.). 26. Felix (3. Kal. Iun.). 27. Euticianus (6. Id. —). 28. Gaius (10. Kal. Mai). 29. Marcellinus (6. Kal. Mai). 30. Marcellus (17. Kal. Feb.). 31. Eusebius. 32. Meletiades. 33. Silvester (2. Kal. Ian.) 34. Marcus (Non. Oct.). 35. Julius (2. Id. Apr.). 36. Tiberius. 37. Felix (4. Kal. Aug.). 38. Damasus (3. Id. Oct.). 39. Syrius (8. Kal. Mart.). 40. Anastasius (5. Kal. Mai). 41. Innocentius. 42. Zosimus. 43. Bonefacius. 44. Celestinus. 45. Syxtus. 46. Leo (3. Id. Apr.). 47. Hilarius (3. Id. Sept.). 48. Simplicius. 49. Felix (3. Id. Aug.). 50. Gelasius. 51. Anastasius. 52. Simmachus. 53. Dormisda. 54. Iohannes. 55. Felix. 56. Bonifatius. 57. Mercurius. 58. Agapitus. 59. Alverius. 60. Vigilius. 61. Pelagius. 62. Iohannes mar[tyr] (5. Kal. Mart.). 63. Benedictus. 64. Pelagius. 65. Gregorius. 66. Sabinianus. 67. Bonifatius. 68. Gregorius (4. Id. Mart). 69. Deusdedit. 70. Bonifatius. 71. Honorius. 72. Severinus. 73. Iohannes. 74. Theodorus. 75. Martinus (4. Id. Nov.). 76. Eugenius. 77. Vitalianus. 78. Adeodatus. 79. Bonus. 80. Agatho. 81. Leo iunior. 82. Benedictus. 83. Iohannes. 84. Dotio. 85. Sergius. 86. Iohannes. 87. Iohannes. 88. Sisinnus. 89. Contantinus. 90. Gregorius. 91. Gregorius. 92. Zacharias. 93. Stephanus. 94. Paulus. 95. Constantinus. 96. Stephanus. 97. Adrianus. 98. Leo sanctus. 99. Stephanus. 100. Pascualis. 101. Eugenius. 102. Valentinus. 103. Gregorius. 104. Sergius. 105. Leo. 106. Benedictus. 107. Nicolaus. 108. Adrianus. 109. Iohannes.

884—885. 110. Marinus. 111. Adrianus — darauf rothe Ziffern bis 120.

Incipiunt per ordinem nomina episcoporum Hierosolime civitatis . . . .

fol. 20. Incipiunt nomina imperatorum Romane urbis.

1. Primus omnium Iulius Cesar, qui et Gaius.
2. Octavianus, qui et Agustus.
3. Tiberius . . . .

41. Theodorus. 42. Archadius et Honorius filii Theodosi. 43. Theodosius filius Archadon et Valentinianus. 44. Martianus Avitus postea episcopus est factus. 45. Leo et Maiorianus postea alius Leo. 46. Deinde Zenon imperator efficitur. 47. Theodericus.

48. Anastasius. 49. Iustinus et Iustinianus. 50. Austinus (so). 51. Tiberius. 52. Mauricius. 53. Focas. 54. Eraclius. Dahinter ohne Weiteres: Odda, so dass Theoderich und Otto die Grossen eingefügt sind.

fol. 20′. Incipiunt Nomina episcoporum Hierosolimę urbis . . .

Nomina episcoporum Alexandrie urbis . . .

fol. 21. Nomina episcoporum archiepiscoporum Dorobernensis ecclesie. 1. Agustinus . . . 22. Dunstan. 23. Aeðelgar. 24. Sygeric (der letzte).
990—994.

Nomina episcoporum Roffensium. . . . 12. Beornmod. 13. Burhric. 14. Aelfstan (der letzte).
964—995.

Nomina episcoporum Orientalium Saxonum. . . . 16. Ðeodred. 17. Brihthelm. 18. Aelfstan (der letzte).
995—1001.

Nomina episcoporum Australium Saxonum. . . . 14. Eadhelm. 15. Aeðelgar. 16. Ordbyrht (der letzte). . . .
989—1009.

fol. 22. 1. Cerdic. . . . 29. Eadgar. 30. Eadwerd. 31. Aeþelred.

fol. 22′. Haec sunt genealogie per partes Britannie regum regnantium per diversa loca Norðanhymbrorum . . . .

fol. 23. Occidentalium Saxonum . . . Eadweard and Eadmund and Æðelred æðelingas syndon Eadgares suna cyninges. Eadgar Eadmunding. Eadmund Eadwerding. Eadweard Ælfreding. Ælfred Aþolfing u. s. w., wie die bekannte an Aelfred anschliessende Stammtafel der angelsächsischen Annalen.

fol. 23′. folgt was Stubbs, Dunstan 391 in der Note, abdruckt:

In nomine domini nostri Iesu Christi Iohannes Rabennati sedit annos 14, m. 3, dies 7. Item Leo tituli sanctę Susannę sedit m. 8, dies 10. Item Stephanus tituli sanctę Anastasię sedit annos 3, dies 10. Item Iohannes tituli sanctę Marię trans Tyberi sedit annos 7, dies 12. Item Leo tituli sancti Sixti sedit annos 4, dies 5. Item Stephanus tituli sancti Silvestri et sancti Martini sedit annos 3 et m. 2, dies 4. Item Marinus tituli sancti Ciriaci sedit annos 4, m. 1, dies 5. Item sanctissimus Agapitus sedit annos 9, m. 8, dies 11. Item Iohannes tituli sancte Marie, qui vocatur in dominico, sedit annos 8, m. 1, dies 5. Item Leo sedit annos unum et dimidium et dies 11. Item Iohannes sanctissimus sedit annos 7, dies 12. Item Bene-

dictus diaconię sancti Theodori sedit annos 1 et dimidium, dies 12. Item Bonifatius sedit dies sexaginta et expulsus est foras. Item Benedictus sedit annos 7 et dimidium, dies 14. Item Petrus Papię sedit annos 1, m. 8, dies 7. Item reversus est Boniphatius Roma et sedit m. 9, dies 3. Item Iohannes tituli sancti Vitali sedit annos 4, m. unum et dimidium.

Darauf: Adventus archiepiscopi episcopi nostri Sigerici, das von Stubbs abgedruckte römische Itinerar.

